Falcuccius, Nicolaus: De febribus
Italien, [um 1462-1470 (?)]
Seite 97r



sedatio vult in eadem die et que est
est secundum latitudinem est melior ei qui
vult eam in eadem hora Et illa que
est secundum longitudinem ei qui non vult
vna contentus esse sedatione si in corde
suo tenet quod faciet eam per plures dies
quamque die Et totum hoc procedit per hoc
quod citius vel tardius consolidatur vena
in illis flobotomys factis secundum diuersos situs
vel diuersas diuisiones vene ¶ Et
dixit auicenna quod quanto in flobotomia dolor ma
ior fuerit tanto erit maior eius consoli
datio quia propter dolorem plus fluit
ad locum dematia prohibente consoli
dationem virtus in super consolidatur vel
debilitatur ¶ Et 1o continentis in passione
pulmonis valde melius et magis
iuuatiuum quod eiciatur sanguis in quanti
tate quesita per vices et non semel
¶ Post flobotomiam autem Galienus precepit vt 11o
continentis scribitur quod non des facienti
minutionem quod ingrediatur balneum neque
vtatur nutrimento absque cautela ¶ Et
dixit 4o de regimine sanitatis cum ex
his sanguinem habundant noli dare
licentiam patienti accipere habundans
nutrimentum subito sed paulatim in pauca
quantitate sumat illud toto studio quoniam
si vtetur habundanti nutrimento post
habundantem euacuationem fiat attractio mul
ta et corpus eius non corroborabitur
quod trahitur ante non digestione
Vnde generabitur exinde postea mor
bi vt declaratur experiencia ¶ Et auicenna
dixit oportet vt flobotomatus incedat vel
non se repletendo cibo fit audax sed
secundum ordinem mutatur et primo cibum
subtiliet ¶ Dixit ypocras 2o regiminis
acutorum post enim euacuationem minoranda
est dieta sed inde post flobotomiam magis
minoranda est ¶ Et dixit galienus pre
cipe ei vt iaceat super lecto vtendo
quiete a motibus corporeis et anima
libus non tamen prima dormiat die quoniam
dixit auicenna ex dormitione flobotomie pro
pinqua plurimum accidit in membris con
tractio scilicet propter motum superfluitatum qui
fit in sompno donec quiescat quietatio
euenies in flobotomia et resolute sunt super
fluitates Timetur etiam in tali dormi
tione ne ex motione egri facta in sopore
soluatur ligatura et aperiatur vena
et fluat sanguis superflue ¶ Et dixit
oportet ne post flobotomiam excitetur sed supinus
iaceat nec balneo vtatur resolutionem
faciente Et dixit auicenna omnis sanus
qui flobotomatur illud quod diximus in capitulo
depositi et 3a primi accipe dicta Et ibi
dixit quod non est malum sumere post

minutionem tres fialas vini in satis bo
nam quantitatem non tamen superflua Quod si
accidat post flobotomiam brachium apostemari
ex alio brachio dixit auicenna minuatur
secundum quod tollerauit et super ipsum emplastrum
de cerusa supponatur ¶ Et ex fortibus
infrigidantibus in circuitu eius fiat
cathaplasma Et hoc habet veritatem quando
ex dolore et percussione apostema sequitur
Si autem procederet expunctura nerui vel
fieret ibi apostema predicta non competerent
Sed tunc regantur regimine illorum
positorum in sinus capitulis

Dixit Galienus
libro de flobotomia
farmaci solutiui
exhibitionem correctionem
nullam habet Nam quod semel
ad ventrem transglutiendum est farma
cum non est possibile non esse transglutitum
Et non est possibile magis dum pur
gatur preter afferre eius quod iam est
in flobotomia autem hoc bonum existit scilicet
quantumcumque volueris euacuationem deinde rursus
in quantumcumque volueris tempore concedere fluere
donec recte vtique videatur ¶ Et ideo
dixit libro de mensura euacuationis Et subdit
ibi si michil properat ablutionem diminuta
superflua et postea iterum si volueris 2o
3o aut pluries 11o continentis nobilioris cause
flobotomie est quod per eam fiat euacuatio ad exhibendum
in quantitate spontanea non ad modum
laxationis que corrigi non potest 2o re
giminis acutorum ¶ In flobotomia non cadit
aliquid timoris in solutione autem cadit
et maxime non cognita natura egri et hoc
habet veritatem de farmaco euacuante ex
soluendo et maxime in cura apostematum
membrorum interiorum ¶ Nam humores qui
a farmaco dicto debent educi primus
agitando quod trahantur Et ideo si de
ficeret virtus medicine attrahendo
illos humores tunc illi agitati ad apostema
dum attrahunt locum Ideoque autores
in cura apostematum audacter preponunt flobotomiam
farmaciam vero remissiorem dosis cum
cautela dando medicinam lenitiuam
Medicina tamen lenitiua securior est
flobotomia Vnde 4o de regimine sanitatis
dixit galienus in debili virtute nunquam
minuendum est temperate vel moderate
tamen purgandum est scilicet cum lenitiuis ¶ Et
ideo auctores volunt quod flobotomia periculosior
est sit in pregnante quam farmacia ¶ Auerroys
autem 4o colliget volunt oppositum et ait
quod flobotomia quando est repletio quia embrio non
indiget non est mala sed farmacia
non credo ad bonum finem peruenire ymo
ledit embrionem quia in se habet subiam

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs224/0197
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg